RUDIMENTA MYTHOLOGIAE SEMITICAE
SUPPLEMENTA LEXICI ARAMAICI

SCRIPSIT

PAULUS BOETTICHER.

BEROLINI
1848.
G. THOME.

RUDIMENTA MYTHOLOGIAE SEMITICAE.

1.

Semitae diutius quam reliquae generis nostri nationes puriorem dei colendi rationem retinuerunt, quod vel ex vocabulis quibus numen divinum designabant manifestum est. Nam quamvis Semiticum אֱלֹהִים et יְהוָה Vedico यजत Rigv. I, 35. 3: 57, 7 et असुर ib. I, 35. 7 coll. 113, 16 Zendicoque 𐬫𐬀𐬰𐬀𐬙𐬀 (cognato cum nomine Ἰασονίων Armenicorum i. e. locorum quibus dei adorantur Strab. XI, 4. 8: 14, 12: sch. Apoll. Rh. IV, 1217) et 𐬀𐬵𐬎𐬭𐬀 tam exacte respondeat ut unum ex altero versum existimare queas, tamen discrimen vocum usitatissimarum בַּעַל vel אֱלֹהִים et देव (i. e. lucidus Bopp v. gr. 122: Bhâg. G. XI, 11 ubi notionem numinis cum re creata connexam vides) prorsus nobis persuadet Semitas diutius memoria custodivisse quid sibi propositum habeat religio homines summum in ipsos deo imperium esse commonefaciens (cf. Artemid. II, 36. 39: פַּחַד Gen. 31, 42: ܕܚܠܐ Ephr. II, p. 226[b]: Schleierm. chr. gl. 4 — vice versa देव et خدا secundo loco etiam dominationis sensum habent Bhâg. P. I, 3. 22: 18, 42: Nizami Isk. p. 1, 5: cf Aesch. Pers. 157: Tzetz. chil. VII, 357: ψ 82, 6). Et praeter hanc etymologicam rationem etiam ipsa theologiae Semiticae historia mecum facit. Octo dei a Semitis colebantur Euseb. pr. ev. I, 10 p. 39[c]: Phot. b. 242, p. 352[b] (accedit ad hoc probandum Esmuni nomen; quum enim nusquam deos distinctos esse numeris inveniamus, in promptu est si quis deus octavus dicatur omnino non dari nonum), quorum in ipsis fontibus duo circuli distinguuntur, primum Βάαλ τετράμορφος Eustath. Antioch. engastrim. p. 359 ed. Allat. (= bibl. patr. max. 27, p. 47[a]) qui titulus explicatur Hellanici et Hieronymi verbis τὴν

τρίτην ἀρχὴν δράκοντα εἶναι κεφαλὰς ἔχοντα προςπεφυκυίας ταύρου καὶ λέοντος, ἐν μέσῳ δὲ θεοῦ πρόςωπον, ἔχειν δὲ καὶ ἐπὶ τῶν ὤμων πτερὰ, ὠνομάσθαι δὲ χρόνον ἀγήρατον καὶ Ἡρακλέα τὸν αὐτὸν Damasc. pr. prc. 123, p. 381 (idem fere narrat Athenagoras leg. 15, 6: hinc ortum ducere cherubim Hebraeorum satis clarum); deinde Τριτοπάτορες Etym. mgn. p. 768, 10 οὐρανοῦ καὶ γῆς παῖδες, ὀνόματα δὲ αὐτῶν Κόττος, Βριάρεως καὶ Γύγης (Hes. theog. 149) qui iidem sunt qui Japhetiticis nominibus Λάβρανδος, Πανάμορος καὶ Πάλαξος ἢ Σπάλαξος οἱ Κούρητες audiunt Etym. mgn. p. 390, 1 (res iis dedicatae vel apud Iudaeos seriores iungebantur, siquidem virgo sponsa Iudaica referente Natanė s. v. בְּסָנִין potiunculam bibebat e faba tritico et uvis passis confectam: faba Molocho sacra, triticum Adonidi, Esmuno uva Io. Lyd. mens. IV, *29. 44*: sch. Ap. Rh. I, 1119: Zohar m. neëL Gen. 321: Assem. b. or. I, p. 34 [= Zoeg. cat. p. 315, 22]: Euseb. pr. ev. III, 11. p. 110ᵃ: Orph. 56, 12). Ac licet omnes singulos Semitarum deos iam satis recondita aetate apud Babylonios iunctos inveniamus qui ideo Beli templum octo spiris exsurgere voluerant Herod. I, 181 atque adeo apud Mosen Adonidis et Molochi vestigia supersint (קְדֵשָׁה Gen. 38, 21: Num. 25: Deut. 22, *5*: Lev. 16, 8: 18, 21: 20, 2) itemque apud Thebanos Phoenicum coloniam Strab. IX, 2. 3 Actaeon et Ismenius Apollo compareant facile pro Attide et Esmuno habendi et Paus. IX, 16. 3 ut equidem certe interpretor Cadmi uxor trium dearum Semiticarum venerationem instituisse Thebis fertur (Harmonia ipsa dea ut Tamiras Tac. h. II, 3 et Μόνιμος ὃς πρῶτος τὴν εἰδωλολατρούσην ἀσέβειαν ἀπηνέγκατο Phot. b. 181, p. 126ᵃ) — nemo tamen apud Babylonios Thebanosque antiquos prioris praecipui circuli deos reperiri et in Palaestina quoque post Davidem demum Molochum Adonidemque locos ampliores occupare negabit, ut numina minus pura aevi serioris esse appareat, simulque Semitas antiquiores κόσμον ut ita dicam, recentiores αἰῶνα intelligere voluisse vel ut clarior sim illos

de mundi ortu et sapientiae creatrici debita egregia constantia cogitasse, hos quibus *sol* iam non amplius symbolum Beli minoris sed ipse deus erat de eiusdem conditione hodierna admodum prava et mutationibus continuis mox ad quaestiones ethicas accuratius excutiendas eos delaturis philosophatos esse constet. Veruntamen quantumvis mundi vicissitudines et aerumnae vehementius eos altera demum periodo affecerint quae arctiore cum populis Mesopotamiae Iaphetiticis societate inita coepisse non sine illorum et auctoritate et exemplo videtur (res et nominibus deorum recentiorum non raro e linguis Indogermanicis petitis et Macrobii testimonio Sat. I, 21 probatur neque a philosophicis rationibus abhorret, nam quoniam nos quo prius a veritate deflecterimus eo prius erroris taedium capit, *Semitas* necesse est populis vicinis serius ad cognoscendum penitius dolorem emersisse quo fragilis rerum natura perpetuo angitur, serius ad ipsius peccaminosae nostrae vitae moestitiam profundius exantlandam) quantumvis inquam haec ita sint, fieri tamen non poterat quin iam antea mortis vitaeque pugna in natura usque renascens quodammodo eos moveret, cuius pugnae sensum non una fabula deorum κοσμογονικῶν personis adhaerente expresserunt. Huc pertinet Beli minoris ideo Maceridis titulo ornati cum sene patre iurgium, huc eiusdem apud Tyrios quotannis in rogo crematio evolante tamen e flammis aquila (unde orta phoenicis fabula Bochart hieroz. VI, 5), huc quae de matre deorum Iolaum amore prosequuta ab hoc autem repudiata narrantur (quibus pulchrum mundi ordinem interdum a prisca chaotis vix compescenda vi infringi significabant). Verum sensim dilabente numinum priscorum veneratione, talia ut ipsa consentium nomina ad deos recentiores transferebantur. Deorum consentium monstrabantur sepulchra, Belitanae Babylone Strab. XVI, 1: Ael. v. h. XIII, 3 — Beli minoris in Hispania Sal. Iug. 18: Mela III, 6: Arnob. I, 36 vel Tyri Clem. Rom. recogn. X, 24 — Astartes Damasci Iustin. XXXVI, 2 vel Carthagine Sil. I, 80: una

Onca i. e. sapientia coelestis mortua non erat sed intime cum Iolao sive Esmuno unita ut haberent miseri animi unum saltem numen quo se consolarentur quodque magno illi aegroto, mundo et generi nostro mundum habitanti medelam allaturum sperarent, vim quidem morbi non uno impetu perfracturam, prohibituram tamen mundi universi ruinam. Ita Onca et Iolaus apud Semitas ethnicos eundem locum tenent quem Messias apud Iudaeos. Quorum omnium nunc breviter lineamenta ducam neque Samothraciae neque gnosticae theologiae rationem habens quam utramque nova quadam iam luce collustratum iri speraverim.

2.

Babylonios Eudemus auctor est τὴν μίαν τῶν ὅλων ἀρχὴν σιγῇ παριέναι (cf. August. cons. ev. I, 16: Plut. qu. Rom. 61), Sidonios primum deorum venerari χρόνον Damasc. pr. prc. 125. Quadrat hoc ad etymologici magni p. 58, 20 annotationem Ἀλδήμιος ἢ Ἄλδος ὁ Ζεὺς ὃς ἐν Γάζῃ τῆς Συρίας τιμᾶται iam a Bocharto geogr. II, 2. 14 per חֶלֶד vel בַּעַל חֲלָדִים explicatam: eundem sensum fundet عوض Hamas. p. 271, 6. Convenit praeterea Βελιτανᾶς Strab. XVI, 1: Phot. b. 72, p. 39[a] sive Βωλαθὴν ib. 242, p. 343[b] recte ille, si cum Strabonis l. c. comparaveris Βῆλον ἀρχαῖον Aeliani v. h. XIII, 3 a Moversio בֵּל אֵיתָן scriptus. Idem est Συδὲκ Cabirorum Berytensium pater Euseb. pr. ev. I, 10 p. 39[c]: Phot. b. 242, p. 352[b] i. e. צֶדֶק 'iustitia', ubi animadvertendum apud Semitas si huic nomini fides habeatur id usu non venisse quod plerisque qui deum occultum et manifestum distinguunt accidere vel invitis solet, ut illum et virtutis et fortunae nostrae parum curantem fingant. Quod ad nomen dei occulti צֶדֶק attinet, similiter Zohari Lev. 116 אֱלֹהִים deus iudicii, יְהֹוָה misericordiae. — Cyllenus quem una cum Titya et Dindymene in Mysia adorabant Argonautae sch. Ap. Rh. I, 1125 et ipse huc trahendus: כַּלָּן complectens omnia Damasc. pr. pr. 89, p. 268, nam בָּלַל

i. q. כִּיל unde ܟܶܐܘܳܢ Ephr. II, p. 481[c]. Eius symbolum draco in se retortus, quum tempus semper ex se ipso renascatur. Quumque ipse Cyllenus apud Graecos in Mercurium mutatus sit, plane ut Taautes apud Aegyptios, Maceris apud Romanos, mirum non est hoc draconis symbolum ad Mercurium translatum ex quo tempore pantheistica philosophia veterem religionem enervavit ad designandum omnium quae *sunt* complexum adhibitum esse: adi de his rebus Io. Lyd. mens. I, 20: III, 17. 50: Kalid. Raghuv. 8, 13: Artemid. II, 13: Horap. I, 64: Orig. c. Cels. VI, 35 unde iam intellectum iri spero primum quid Iudaei sibi voluerint quum Leviatanem in vita aeterna piorum escam futurum sperant cf. Zohar midr. neël. Gen. 321 deinde quei Μαῖα Cyllenii mater esse possit per quam माया 'illusio' dictam apud Indos *Bhâgavat* mundum condidisse fertur. — Belum priscum etiam generalibus omnium deorum nominibus κατ' ἐξοχὴν designari solitum fuisse velut אֵל et בַּעַל, Damascius refert Phot. b. 242, p. 343[b]: quibus exemplis ductus Termerum Lyciae deum Steph. Byz. p. 168, 17: 282, 24 et ipsum Semiticae religioni vindico: in Caria et Lycia Semitas colonias habuisse neminem latet Athen. IV, 76: Ios. c. Ap. I, 17: Plut. Alex. 17: Q. Smyrn. III, 243. Termerus mihi תְּעַמִּיר 'colendus, dominus' coll. הִתְעַמֵּר Deut. 21, 14 et عمر. Ain saepe in caninam abiit: عبرب rhabarbarum, Arabicum عود i. q. Persicum رود Mohl frgm. p. 30, 16 i. e. रुद्री. Quae de carcere Termerio refert Phot. lx. p. 579, 25 lucem foenerantur ex Ier. 20, 2: Etym. mgn. p. 98, 30 nam in deorum templis captivi custodiebantur. — Beli prisci symbolum erat coelum omnia quaecunque sunt in se complexum, colorque caeruleus ei sacer Eus. pr. ev. III, 11 p. 112[a] cf. Bhâg. P. I, 6. 26.

3.

Quum tempus non cognoscatur nisi per indicem aliquem solis sc. et siderum motus Gen. 1, 14 (unde sol Beli minoris symbolum et necessario plaga coeli septentrionalis a sole nunquam visitata ideoque

צָפֹן 'occulta' dicta Belitanae sedes), Belitanas aeternum luce vel tenebris sepultus maneret nisi emanatione et quasi exspiratione substantiae suae (nam id significat deus Arabum Hobal coll. ܗܒܠܐ Pesch. Sap. 7, 25 et הֶבֶל Esaj. 57, 13: Euseb. pr. ev. I, 10 p. 33[b c] a quo πύλαι Ὁμολωΐαι Thebanorum dictae) nisi hac inquam se ipsum ut ita dicam indicasset et designavisset quam ob rem deo indici Belo minori Taautis vel Tityae nomen indebatur Varro l. lat. V, 10: sch. Apoll. Rh. I, 1125: sch. Aesch. Pers. 933: Eust. Dion. 787 i. e. תּוֹת vel תְּהוָה (rad. תָּוָה ut vocis אוֹת est אָוָה: آيَة id quo quis noscitur Granger. a. Ar. 42, 6: similiter signum est संज्ञा), nam וה semper ύας scribitur: נִינְוֵה Νινύας, יַהְוֶה Γαύας ὁ Ἄδωνις παρὰ Κυπρίοις Tzetz. Lyc. 831 ubi Ἰαύας scribendum esse Moversius vidit, sed male pius יַהְוָה veteris testamenti agnoscere noluit. Quod attinet ad Varronianam vocis תּוֹת pronunciationem, similis productio accidit in פוּט Gen. 10, 6 apud Coptas sub forma ⲫⲁⲓⲁⲧ recurrente Zoeg. cat. p. 67, 1: 124, 33: 129, 39: 130, 30 et cum ⲣⲙ̅ⲧⲗⲩⲃⲏ alternante ib. p. 347, 15. — Similem sensum ac תְּהוָה habet etiam Ἰάω: decantatum centies oraculum Apollinis Clarii Macr. Sat. I, 18 quod genuinum esse omnino nihil est cur dubitemus, cf. Io. Lyd. mens. IV, 38: Tzetz Lyc. 831. Est vero Ἰάω forma imperfecti apocopata יְהוּ in nominibus propriis haud paucis superstes (cf. יְהוּא Qoh. 11, 3) designatque τὸν ὄντα. Quod quidam de Aegyptia Iaonis origine nugati sunt, id nunc ipsorum Aegyptiorum testimonio falsum esse evincitur, nam Ἰαύω in papyro Lugdunensi signo finitur quo nomina a populis peregrinis transsumpta ornari solent Reuvens ltr. à Letr. I, p. 59. — Coniecturae si locus detur Belum minorem etiam אֱלוּל i. e. Ἡλίσκον audivisse censuerim, nam mensis אֱלוּל respondet Aegyptio ⲑⲱⲟⲩⲧ et Persico مهر, unde non absonum videtur etiam Elulum pro deo habere qui numen ἀκατονόμαστον mundo patefaciat, quod datum Thouto et Mithrae munus füisse scimus. (Num ⲑⲱⲟⲩⲧ referendum sit ad hieroglyphicum ⲑⲱⲑ

λόγος Champ. gr. ég. 158 [cf. Io. Lyd. mens. IV, 52: Et. mgn. p. 136, 48: Suid. I, 2. c. 526: Bhâg. P. I, 5. 38: Zohar Num. 421. 422] aut ad ⲦⲀⲦ Reuvens l. c. p. 67 [ut Kaustubha Indorum Bhâg. P. II, 2. 10: III, 8. 30. 15, 39. 41: Kalid. Raghuv. 6, 49: 10, 10: 17, 29 coll. Exod. 28, 30: Curt. IV, 7: Diod. XVII, 50 componenda foret], id ignorare me fateor.) אֱלוּל forma deminutiva alias per וֹן terminata Ewald h. gr. 167: interdum ל adscititia paene abundat ut in חַשְׁמַל Ez. I, 4 collato בֶּצֶר et تبر Humb. a. Ar. 59, 1: sch. Har. p. 117 ad حسم (unde حسام gladius Granger. a. Ar. 5, 37) referendo. Accedit ad probandam hanc vocis אֱלוּל explicationem, quod docente Norrisio Elul primus anni mensis erat (alii per Octobrem inchoabant inde תִּשְׁרִי dictum a أَمِر) δημιουργῷ proprie conveniens quum autumno mundum creatum esse uno ore clamet antiquitas. — Amoris et desiderii affectu inductus (Πόθος et Ἀπατῶν i. e. חֶפְצוֹן secundus Sidoniorum et Babyloniorum deus Damasc. pr. prc. 125) Belus minor mundum condidit, ut tria eius nomina testantur. Protei titulum coniectura assequor: Proteus cum Cadmo Thebas venisse fertur Phot. b. 186, p. 136[a b] ubi πύλαι Προιτίδες Aesch. spt. 377 cf. Strab. X, 3. 21 et quae urbs alio Beli minoris nomine כּוּן vocatur etiam בֵּרוֹתַי audit I Par. 18, 8: II Sam. 8, 8. בְּרֹת i. q. בָּרָא. — Ζεὺς Χρυσαορεὺς teste Strabone XIV Carum deus maximus idem qui Χρυσὼρ Sanchuniathonis Eus. pr. ev. I, 10 p. 35[c] ubi si Vulcanus esse dicitur tu Vulcanum Cabirorum patrem intellige. Idem etiam Ἄρταλος a Solymensibus cultus Plut. def. orac. 21 (quem tamen ob societatem cui l. c. iungitur etiam pro Esmuno habere posses nisi Χρυσαορέως comparatio dignitasque ei adscripta alia suaderent): interpretor aut חָרוּשׁ אוֹר aut חָרַשׁ אֵל. — Deinde כּוּן Moversius in tribus lapidibus Numidicis inveniri monstravit simul glossam Hesychianam Γιγνῶν, οἱ δὲ Γιγῶν Πάταικος, οἱ δὲ Αἰγύπτιοι Ἡρακλέᾳ in usus suos convertens: conveniunt praeterea Καύκωνες Bithyniae gens sch. Ap. Rh. II, 358: Strab. XII, 3. 5 a Cono nomen accipien-

tes ut Καυχαβηνοὶ Ptol. V, 19. 2 a ܦܘܣܩܐ Ephr. II, p. 532[d]: fortasse etiam Caucon Messeniorum antiquissimus deus Paus. IV, 1. 5: 27, 6 (reduplicationes creberrimae sunt ut in δένδρον collato द्रु et дерево) et Caunus Cariae urbs Polyb. XXX, 5 (I Par. 18, 8). December quo post brumam altius denuo ascendit sol a Cono Syris ܟܢܘܢ dictus, respondente Persico mense دى sive 𐬛𐬀𐬚𐬎𐬱𐬋 i. e. दातृ Burn. Y. p. 359: CLII et Aegyptiaco ⲭⲟⲓⲁϩⲕ i. e. dans vel instituens legem (ⲭⲱ et ϩⲕ i. e. חק Ios. c. Ap. I, 14 τὸ ὑκ καθ' ἱερὰν γλῶσσαν βασιλέα σημαίνει: Champ. gr. ég. 87; addo ϣⲱⲥ revera pastorem designare Zoeg. ct. p. 218, 19: 642, 17: 658, 15. (Ianuarius qui Canunum sequitur טֵבֵת vel ⲧⲱⲃⲉ dictus [a טוב: cf. זִמְרָת Ex. 15, 2] idem significat quod بهمن). Coni naturam bene exponunt quae Philostr. Apoll. V, 5 in Herculis templo Gaditano scripta retulit. De significatione nominis כּיּוּן dubitare licet, nam nisi versiones eius Coptica et Persica de creatore et legum aeternarum latore cogitare suaderent (succurrit quod כּיּוּן et בְּרִיתִי l. c. alternentur, adversatur forma Qal), collato کان Conum idem valere dicerem quod יְהוָה. Hactenus Beli minoris nomina nondum eius symbolum solem pro deo cultum esse ostendunt, sequuntur duo quae quominus id usu venisse negemus prohibent: בַּעַל חַמָּן in quinque inscriptionibus Carthaginiensibus proximum a virgine coelesti locum tenet aliusque igitur esse nequit quam Belus minor. חַמָּן fervidus, si solarem voluissent חַמָּתָן audire debebat, ut taceam חַמָּה solem non designare nisi apud poetas. Notissimus deinde Hercules Tyrius Her. II, 44: Ios. arch. VIII, 5. 3 et Gaditanus Sil. III, 30 (ubi nulla in templo effigies, flammae tantum nunquam restinctae in ara; si Indi Krischnae cui color fulvus sacer Bhâg. P. I, 9. 30: 11, 28: II, 2. 9: III, 4. 7 lumina accensa offerebant, hac re [ib. I, 11. 4] significare volebant eum propria felicitate beatum nostrorum beneficiorum non egere): nominis formam magis genuinam esse Ἀρχαλεὺς Et. mgn. p. 219, 35 Moversius recte vidit, cuius de interpretatione quomodo dubitari queat vix

intelligo; أرقل festinavit, cito permeavit Qam. II, p. 1459: أرحل ivit, migravit ib. p. 1455: ركل II incitavit ad cursum Amrulq. moall. 54. Iam אַרְקָל Ewald gr. h. 159[a] solem denotabit totum coelum permeantem cf. ψ 19, 6. 7. Superest Μάκηρις Pausaniae X, 17. 2 quem מְעַקֵּר in lapidibus nominari Moversius monstravit Gesen. m. Ph. p. 217. 325 cuiusque vestigia habes in Μακάρων νήσῳ i. e. arce Thebana Phot. lex. p. 242, 20: in phrasi βάλλ' εἰς Μακαρίαν Suid. I, 1.° c. 942 quam Graeci euphemisticam esse volebant (cf. Phot. b. 279, p. 535[a]: Io. Lyd. mens. III, 45 et e. g. תַּשְׁמִישׁ הַמִּטָּה P. Eliez. p. 35[b]: רָכַב אֶת־אִשָּׁה ib. p. 21[b] ut est apud seriores frequens huius verbi usus metaphoricus: רָכַב הָדָר Iud. Lev. p. 35, 8: רָכַב בְּגַב הַיָּם ib. p. 67, 4: ركب البحر Qalil. p. 9: ركب الهول Hamas. p. 384, 10: ركب الشر ib. p. 10, 30: ركب الكره ib. p. 48, 27: cf. اعروري ظهور المهالك ib. p. 42, 13): item a Maceride dicta Cercyra sive Μάκρις sch. Apoll. Rh. IV, 983. 992 cuius vicini Epirotae Syrorum colonia Io. Lyd. mag. III, 46. *Significationem* Maceridis supra iam attigimus: conferenda fabula quam de Ioye a Typhone nervis privato narrat Nonnus Dionysiacorum libro primo: عقر interfecit Ham. p. 321, 14 vel arctissimis vinculis ligavit ib. p. 290, 27 sive ἐνευροκόπησε Gen. 49, 6. Nunc etiam Ἀργειφόντης intelligi poterit: Ἀργὸς i. q. երկին 'coelum' (ut explicant Eurip. Phoen. 1123: Macr. Sat. I, 19: welkin Shaksp. lov. l. IV, 2 — rad. ꙗрк, cf. яркій) et Mercurius cui antiquo tempore sanguine humano litatum est Minuc. Fel. 30, 4 ipse est Maceris, sc. מְעַקּוֹר pro מְעַקֵּר: quomodo Saturnus Coelum et Iupiter Saturnum tractaverit nec pusiones fugit.

4.

Beli minoris uxorem fingebant ὕλην Io. Lyd. mens. II, 10 vel Tauthe Damasc. pr. prc. 125 (תְּהוֹמְתָא Gen. 1, 2: animadverte allitterationem in nominibus coniugum Tityae et Tauthe occurrentem) sive Tanaitin (תַּנִּית inscr. Carth. III: codd. Strab. XI, 14. 16 exten-

sionem significat: Spinozae discipulos Poenos vocares ut qui Herculem philosophum Plut. qu. Rom. *59*: Clem. Al. str. I, *15*. 73: Suid. I, *2*. c. 875 et extensam materiem summorum numinum loco coluerint), cuius numen proprie virginale August. civ. d. II, 4. *26*. Hac per dimidium fissa Belus coelum terramque condidit Euseb. chr. Arm. I, p. 24: qua ex fabula tria huius deae nomina explicantur, nam scissionem denotat Ὀμορῶκα sive אֲמֹרוּקָה (مرق et מָרַק Iud. *6*, *19*: Es. 65, 4 i. q. פָּרַק), Δερκετώ vel Atargatis sive Athara i. e. תַּרְעֲתָא Abod. zar. p. *11*[b]: Assem. b. or. I, p. 327 (in targumis i. q. פְּרֵץ: Ain et Qof alternantur in אַרְעָא ac vel in ipso תַּרְעָא trg. Prov. 7, 6 ed. Ven.), עַשְׁתֹּרֶת (شتر dissecuit Ham. p. 67, 12: similis literae Ain additio usu venit in צִפּוֹר = عصفور, explicatio nostra firmatur ea re quod עַשְׁתְּרוֹת צֹאן Deut. 7, 13 eadem ratione adhibetur qua פֶּטֶר Ex. *13*, *12*: Gesen. m. Ph. p. 327 ad significandum id quod uterum rumpit i. e. sobolem; nam si Deut. l. c. exponunt Veneres, id ineptum, quum Astarte illo tempore fuerit castissima et Rhea potius quam Venus). Antiquissimis iam diebus lunam Astartes symbolum fuisse videmus e nomine עַשְׁתְּרוֹת קַרְנַיִם Gen. *14*, *5* et ex Io. Lyd. II, *6*: III, *6* cui luna *ὕλης ἔφορος* et Luc. d. Syr. 4: Ἀστάρτην *ἐγὼ δοκέω Σεληναίην ἔμμεναι*. Audi etiam eundem 31: *τὴν μὲν* Ἥρην *λέοντες φορέουσι, ὁ δὲ Ζεὺς ταύροισιν ἐφέζεται.*

5.

Praeter Tanaitin alia etiam dea Belo minori uxor additur (Nonn. dion. III, *109*: Achill. Tat. II, 14) quam aut a sapientia qua Belus mundum creavit aut a caritate qua deus O. M. summis illam in deliciis habens eam amplectitur aut a lege suprema cuius quasi pro persona inducta est nomen accepisse invenimus. Sapientiae nomina: הַרְמוֹנָה Amos 4, 3 ubi verba וְהִשְׁלַכְתֶּנָה הַהַרְמוֹנָה mulieres Samaritanas praenunciant vel Palladium ultimam salutis spem secum asportatum ne fugam moretur abiecturas esse (הַרְמוֹנָה sapientia coll.

هرمان: Graecis Harmonia Cadmi uxor): Ὄγκα ἡ Ἀθηνᾶ κατὰ Φοίνικας Steph. Byz. p. 214, 26, unde Thebis πύλαι Ὀγκαῖαι Aesch. spt. 485. 500; scribe חוֹנְכָה ἡ ἐξετάζουσα (חֵךְ Iob 12, 11), nam referente Phot. lex p. 314, 26 ὀγκία τὸν σταθμόν. Σώφρων καὶ Ἐπίχαρμος et probabile nomen deae et librae unam eandemque originem habere praesertim quum libra sit πολυθρύλητος in Iudaeorum religione seriore Zoh. s. diçën. Gen. 75: Idr. z. 562. (حنكة experientia, sapientia). Accedit quod Enochum cuius nomen ab eadem radice חֲנוֹךְ dicitur Metatronem et Mercurium fuisse legamus H. Q. VI, p. 109 (mirum quod nemo ادريس ad deum Indicum coeli इन्द्रस्य retulerit qui plane ut Nëbo Chaldaeorum sapiens perfectissimus existimabatur Bhâg. P. II, 3. 2) deinde v. Zoh. Deut. 391: s. diçën. Gen. 87: Ex. 289 coll. Gen. 304. Simili ratione qua Enochum Metatronem Cainum mortem esse dicebant Raschi sch. Gen. 4, 23 et inter Christianos Melchisedechum pro ipso dei filio vendebant Zoeg. cat. p. 315 vel Paulum pro spiritu sancto ib. p. 598: cf. Qor. 61, 6: Io. 16, 7. De πέπλοις Minervinis Athen. XII, 58: I. Poll. VII, 50 disces quaedam ex Zohare s. diçën. Gen. 75: Idr. r. Num. 243. 255: Nonn. XLI, 294. Tertium nomen Σίγα Paus. IX, 12. 2 ubi vulgo hanc librorum lectionem mutari iam Seldenus d. Syr. II, 4 aegre tulerat. Σίγα est סִיעָה, ut Sigata Mauritaniae urbs in numis scribitur סיעת Gesen. m. Ph. p. 325. Convenit Suidae Σῶκος ὁ Ἑρμῆς i. e. סוֹעַ, qui et Σάος i. e. סָע sch. Ap. Rh. I, 917. Verbum סִיעַ primitus comitari, unde شيعة asseclae: deinde dexterum adstare, συνεργεῖν τινι Pesch. Iac. 2, 22. Tu coll. Prov. 8, 30: Sap. 8, 5 סִיעָה sapientiam coelestem interpretator, qua adiutus deus mundum fabrefecit. Quam Beli delicias et amores fuisse videmus e nominibus Νεμανοῦς et Σάωσις Plut. Is. Os. 15 quorum illud נַעֲמָן 'amoenitas' Es. 17, 10 (נַעֲמִיתָא ulula, quae avis Minervae sacra), hoc שַׁעֲשַׁע (formae עַרְעָר) i. e. שַׁעֲשֻׁעַ Prov. 8, 30: cf. مشعشع Humb. a. Ar. 31, 35. Facit fortasse aliquid ad hos titulos illustrandos quod creatio mundi lusus dei cre-

dita sit Meîr Cantar. aqdam. 5-7: Içvarakr. sânkhyak. 59: Bhâg. P. I, 9. 32: II, 4. 12: III, 5. 22: Manu I, 80: Lassaulx mort. dom. p. 36. Tertio loco sapientia illa ipsius legis vocabulo designatur Δωτὼ Paus. II, 1. 8: ܕܬܐ vel דָּת fluens a [illegible] vel داد. Atque inde quod haec vox in deae nomen apud Semitas abiit patet eam iam antiquissimis temporibus ex Iaphetitarum linguis ad eos transmigrasse ut iam Moses usurpare eam potuerit. — Et Oncam et Saosin Aegyptii suae religioni adcommodatam ad se transsumpserunt: siquidem Anuke ipsa est Onca Wilkins. mann. cust. II, p. 283 et Sais Aegyptiacum Minervae nomen Paus. IX, 12. 2. Atque ex loco quem Onca in theologia Semitica obtinet explicatur Minervae cognomen *τριτογένεια*: nam post Belum minorem et Astarten Onca tertia Belitanae soboles. Quin ipsum Athenae sive Itoniae nomen Semiticum, sicut enim Belitanas et Belus minor in Mercurium mutati sunt, ita Tanaitis in Athenam.

6.

Adonis (notior quam ut h. l. verba de eo facere opus habeam, ab Argivis etiam deploratus Paus. II, 20. 6) vim solis genitricem designat sive illam quae quovis die denuo illucescit sive eam quae annuo cursu quum veris aurae spirant redit torpentem hieme naturam ad novum vigorem resuscitans. Nomina eius plerumque a splendore desumpta: *Μαριανδυνὸς* sch. Ap. Rh. I, 1125: II, 140 est מָרִי אֲנָהוֹן i. e. *κύριος ἁβρός*. Qui aequinoctium veris continet mensis אֲדָר respondet Aegyptiaco ⲫⲁⲙⲉⲛⲱⲑ (i. e. Memnoni Letronne stat. voc. de M. p. 161): אֲדָר splendor. Aeriae mentionem facit Tac. h. II, 3 qui est אִיָּר Maius, proprie lucidus ab אוּר emollita reduplicatione pro אִיַּר dictus. *Ζαυάνας ϑεός τις ἐν Σιδῶνι* Hesych. s. v. cohaeret cum Maii nomine Chaldaico זִיו 'splendor'. A deo viola آس dicta, submissionis et humilitatis signum H. Q. I, p. 231: Saʿdi II, p. 489^b 3 plane ut myrtus Zach. 1, 8 itidem Adonidi sacra (cf.

Hermi. ad Plat. Phaedr. p. 102: Paus. VI, 24. 7: Artemid. II, 10. 25). Numus Cilicius praebet nomen proprium עֶבֶד זֹהַר, ut Zohar deus quidam fuerit necesse sit, quem tu Adonidem crede. Idem Iaphetitice versus Perseus vocabatur, quem Tarsi diligenter colebant Dio Chrys. or. 33. 34. Radix 𐬬𐬀𐬭𐬆𐬰 splendere, cognatum fortasse 𐬬𐬀𐬭𐬆𐬗𐬀𐬢𐬵 i. e. वर्चस् Burn. Y. p. 436: litera Z post caninam in S abiit, similiter תֶּרֶז a Graecis Τάρσος pronunciatur. Persarum nomen ad Perseum referre cum Agatharchide Phot. b. 250, p. 442ª permissum non est, quum Indi illos aut पह्लव Man. X, 44 aut पारसीक Kalid. Raghuv. 4, 60 vocent. Sed cognata Diana Perasia Strab. XII, 2. 7: item Περσεφόνη sive Περσέφαττα quae Varsutina Tertull. apol. 2, 8 apud Mauros Medorum coloniam Sal. Iug. 18 (Salustii testimonium eo probatur quod Medi etiamnum Armenice Մարք dicuntur, item linguâ Mauricâ, qua Spart. Ael. Ver. 2 elephantem Caesarem dici scribit [Serv. Aen. I, 290: Io. Lyd. mens. IV, 63 male Punicum hoc volunt]: *convenit* कासर 'who frequents water, buffalo' cf. जलकांक्ष elephas; cur ita elephas Mauris audiverit v. apud Plin. VIII, 1: Maurica vox mihi etiam צֶנֶג lyra Gesen. m. Ph. p. *159* sc. چنك rad. चन्): trium nominum eadem est ratio: pars prior est 𐬬𐬀𐬭𐬆𐬰𐬋, altera per verba συνώνυμα 𐬗𐬀𐬢𐬵 Burn. Y. p. 274: 283: 443 खद् sive हन् formatur ut Proserpina sit dea splendorem vel vitae vel solis enecans. Antequam de Attide agam pauca de rebus Lydicis praemittenda erunt: Duae gentes Lydiam tenebant Strab. XII, 8. 3 haec Semitica Gen. 10, 22 altera quam Maeonicam dictam fuisse puto Iaphetitica. Quae distinctio vocabulis Lydicis apud veteres superstitibus abunde comprobatur quorum non nulla heic seligam et primum quidem Iaphetitica. Κανδαύλης canum interfector Tzetz. chil. VI, 482: श्वान canis, हन् interficere ut N suffixum ल praecedens per U compensata sit (similiter Μοῦσαν ad मन् refero). Καύηξ λάρος Tzetz. Lyc. *424*: quod convenire posset कवाक *Wilso non* praebet. Λάβρυς πέλεκυς Plut. qu. Gr. 45: تبر Mohl frg. p. 33, 18 i. q. *տապար* et

монорь. Μῶλαξ οἶνος Hesych. s. v. मधुल. Παραμήνη θεῶν μοῖρα ib. परिमाण. Σάρδις ἐνιαυτὸς Io. Lyd. mens. III, 14 शरद् vel سرد Burn. Y. p. 37 (congruit Տարեւոր Mos. Chor. II, 66: III, 67 et σάρος G. Sync. I, p. 30. 58). Πάκτωλος χρυσοῤῥόας Plut. fluv. 7, 1: sch. Ap. Rh. IV, 1300 vedice पेशा aurum (سپید splendere Burn. Y. p. 410: add. cxvi; alius χρυσοῤῥόας in Aegypto G. Sync. I, p. 83 ⲡⲓⲉⲣⲟ ⲉⲧⲟⲩⲙⲟⲩⲧⲉ ⲉⲣⲟϥ ϫⲉ ⲡⲁⲩⲟⲛ ⲛⲛⲟⲩⲃ Zoeg. cat. p. 336, 31; tales nominum geographicorum versiones haud rarae, sic ⲛⲧⲟⲟⲩ ⲙⲡϩⲟⲥⲙ Zoeg. cat. p. 346, 34 cf. 629, 2 sunt montes nitriaci). Excipiant haec vocabula quaedam Semitica. Ἄτταλος παῦσις Tzetz. chil. V, 791 عطلة. Καρύκη edule quoddam Athen. XII, 12 חֲרִיכָה Prov. 12, 27 vel حريقة et ne quis dicat ח literae κ respondere non posse Ciliciam in numis חלך scribi meminerit Gesen. m. Ph. p. 279 (II Reg. 17, 6?). Κοαλδεῖν βασιλεύς Hesych. s. v. قيل rex Hamas. p. 166, 1 et קָוֵל דִין potest esse is qui ius dicit. Λαίλας τύραννος ib. in memoriam revocat constantem regum Aethiopicorum titulum לְעוֹל (i. e. לְעֵיל). Μαγάδις lyra ἀντιφθογγικῶς pulsanda Athen. XIV, 35: Strab. X, 3. 17 anne מַעַד 'repetitio, reduplicatio'? Pisa singularis portus Serv. Aen. X, 179: asyli notionem praebent فاس et فاز. Τάργανον ὄξος Λυδοὶ ἢ τὸ ταράττον ἢ τὸ ἀπὸ στεμφύλων πόμα καὶ πόα ἢ καὶ σκορπιοῦρος Hesych. s. v.: scribe תַּרְגָּן, nam ارتجن confusum turbatumque fuit negotium: מַרְגָּן scorpius trg. I Reg. 12, 11: ܡܪܓܢ Ephr. I, p. 471[f]. Τεγοῦν λῃστὴς ib.: תַּעְלָגָן, nam تغين perseveravit in rebellione, fortis fuit in bello. Quibus Attidis nomen accensendum esse inde patet quod in nominibnis propriis Σαδυάττης, Μυάττης, Ἀλυάττης manifesto deum Attidem includentibus numinis titulus in compositione locum posteriorem tenet, quum si voces illae Iaphetiticae essent e vocabulorum componendorum legibus priorem occupare deberet. Attes teste Arnobio V, 6 scitulus i. e. formosus, delicatulus v. Gronov. Plaut. Bacch. II, 3. 31: apud Iulianum autem i. q. Γάλλος i. e. spado

Suid. I, 1. c. 1068 (? גַּלִּי ab Aeth. ገለጸ amputavit, exscîdit). Iam quum ex Her. IV, 45 et l. l. §. 1 cc. eluceat Κότυν vel Κόττον et Ἄττιν unum eundemque esse, omnino vocabulum per litteram ח incepisse putandum erit ut quae et spiritu leni et litera κ reddi poterat. Hinc חוֹטָה vel חַטִּי scribo coll. حظا: حظية fortunata, bene habita, pellex: حظى Ham. p. 46, 17 equus gracili pede procedens (خطوة gressus lenis umbrae Humb. a. Ar. 43, 11: Ham. p. 57, 9) Si castratum desideras en tibi finitimum خصى Ar. et Aeth. Hincne Masicytus mons Lyciae Ptol. V, 3. 1 מַשָּׂא חוֹטָה? Σαδυάττης שְׁדִי־חַטִּי 'potens per Attidem': Μυάττης מוֹחַטִּי 'progenies Attidis' dictus ut מִיכְמוֹשׁ in titulo Erycino: Ἀλυάττης עֲלִיּ חַטִּי 'elevatus per Attidem'. Admodum Semiticum sonat nomen Thracicum Μιλτοκύθης ex Demosthene notum coll. מְלַטְיָה Neh. 3, 7: sed Thracum vocabula servata sunt Indogermanicae stirpis. Vox bassara Thraciae vix peculiaris, βασσάρα inquit I. Poll. VII, 59 Λυδῶν χιτών τις Διονυσιακὸς ποδήρης: cf. schol. Hor. od. I, 18. 11 et Lobeck Agl. p. 293: vestem e pellibus vulpinis factam intellige, nam βασσάρα ἡ ἀλώπηξ κατὰ Ἡρόδοτον ὑπὸ Κυρηναίων Et. mgn. p. 191, 1: Her. IV, 192 (ⲃⲁϣⲟⲣ igitur e Cyrenaica in Aegyptum pervenit): conferendum goth. fauhô et पद्म 'crinis'. Βρία urbs Steph. Byz. p. 197, 35: բուրգն aut पुरी? osset. ბრუ arx. Si γάνος Thracice οἶνον significasse ex Suid. I, 1 c. 1071 iure meo elicerem, conferendum foret գինի. Μειράκιον ὃ ἐκ Θράκης ἐκτήσατο ᾧ Ζάμολξις (leg. Ζάλμολξις) ἦν ὄνομα ἐπεὶ γενηθέντι αὐτῷ δορὰ ἄρκτου ἐπεβλήθη· τὴν γὰρ δορὰν Θρᾷκες σαλμὸν καλοῦσιν Porphyr. v. Pyth. 14: ऋक्ष ursus (ხალ) et चर्मन् corium (چرم). Ζειλὰ οἶνος Phot. lx. p. 51, 22: हाला vel हालुक· Ζειρὰ εἴτε περίβλημα εἴτε ζῶμα I. Poll. VII, 60: हार· Κημὸς ὄσπριόν τι Phot. lx. p. 161, 17: कामिन् 'a climbing plant', anne faba? coll. ܩܡܚܐ. Πιτύη θησαυρὸς sch. Ap. Rh. I, 933: चिति· Σαυάπαι οἱ μέθυσοι sch. Ap. Rh. II, 946: सुराप vel quod usu non probatum सनाप· Σαράπαραι κεφαλοτόμοι Strab. XI, 14. 14:

शिरस् caput et بريدن scindere sive پيراستن Mohl frg. p. 32, 25. Σκαλμὸς μάχαιρα Phot. lex. p. 515, 19 et σκάρκη ἀργύριον ib. p. 516, 14 certo non expedio. — Necessitudo Adonidis et Beli minoris significatur nominibus הֲדַד רִמּוֹן II Reg. 5, 18: Zach. 12, 11 (amor vel amasius summi dei: اد i. q. ود Ham. p. 165, 18 [sicuti اكنة i. q. وكنة Zuz. Amrulq. moall. 50] coll. ادى Ham. p. 387, 17 et הדד: Macr. Sat. I, 23: Euseb. pr. ev. I, 10 p. 38c et רָמִם i. q. רוּם ψ. 118, 16) et Μέμνων qui mihi Μημροῦμος Sanchuniathonis Eus. pr. ev. I, 10 p. 34d (מֵי מָרוֹם coelesti prosapia oriundus: Μέμνων Aegyptiace ni fallor ⲙⲉⲓ ⲁⲙⲟⲩⲛ dilectus ab Ammone). — Damnamenei nomen quod uni e Curetibus saepe tribuitur unum omnium difficillimum quum quisque id immensas mutationes a Graecis etymologiam Graecam ei quaerentibus passum concedat. Equidem Damnameneum cum Idmone compono Asteriae filio, Mariandyni ab apro interfecto sch. Ap. Rh. I, 139: item cum Endymione Asterodiae marito Paus. V, 1. 4 de quo multa satis curiosa refert sch. Ap. Rh. IV, 57. Quibus praemissis nomina illa per נִדְמֶה vel נִדַּם 'excisus, periens' reddo: ab eadem radice sanguis דָּם dictus quod est pro דָּמֶה i. e. דָּמוֹת Qimch. Ez. 19, 10 sicut יָד pro יָדָה (manus Hebraeis יָד a projiciendo, Indis हस्त a prehendendo dicta). דָּמָה primo loco (cf. הבל et هوى ubi item a spirationis notione ad excidium pervenitur) 'spiravit' i. q. ध्मा, unde धमनि 'vena'. Habeo enim persuasissimum etiam in linguis Semiticis radices bilitteras esse, ex quibus verba trilittera eodem modo orta sint quo ex thematis trilitteris formae vel coniugationes verbi quae vulgo dicuntur: has enim quasi quadrilitterationes stirpium trilitterarum esse iure meo mihi videor asserere. Arabes sanguinem vocant دم vel شعاع Ham. p. 85, 21 vel مهجة ib. 328, 15 vel علق ib. 268, 1 vel نجيع ib. 349, 25. Iis نفس i. q. دم ib. 52, 8: 315, 23 et مهجة tam sanguis quam mens Humb. a. Ar. 8, 2: p. 151. De sanguine promanante adhibent verba تطلع Granger. a. Ar. 2, 33: قطر Ham. p. 85, 26: 93, 11: 200, 4: طل ib. 52, 1. Color sanguinis eis ru-

ber ceu lignum bresillum aut crocus ib. 88,10: 166,8: 215,16 vel rubor fulvedinem imitatus ib. 283,12: 493,9 ubi Tebriz. vehementiam et pulchritudinem colore rubro designari ait. De vindicta sanguinis adhibent phrases تكايل بالدم Ham. 104,16 et أورق ib. 160,13: 459,4. Sanguinem de quo nondum vindicta sumpta rore conspergi et a promanando cessare negant ib. 382,19: 434, 16. 20. Praeterea nota: عقل دم pecuniam pro caede sanguine non vindicanda accepit ib. 106, 23: ارتمل بالدم sanguine inquinatus est ib. 107,22: اقاد دم insidiatus est vitae ib. 160,3: تندى الاسرة دما madent sanguine lineae quae in vola manu ib. 166,3: مراق دم fons limpidus sanguinis ib. 174,11. Qui vulnerat aliquem dicitur situlam e puteo sanguine redundantem reportare ib. 268,1: sanguis operculum mortui ib. 282,26 (cf. Es. 14, 11): equi in sanguine natant ib. 359,17: de manu fortium pluit sanguis ib. 425,5: خضب et اختضب tinxit sanguine ib. 213,2: Grang. a. Ar. 4,21. — Damnameneo respondet Δρύος Solymensium Plut. def. or. 21: הָרוּי circumventus a venatore sc. Molocho sive Tosibi. Antequam Adonidis nomina e linguis Iaphetiticis petita explicare incipiam, annotationes quasdam de rebus Babylonicis cum lectore communicare necesse est. Circa Pasitigridis ripas antiquis temporibus Kesedi Nachoridae Gen. 22,22 progenies sedes posuerat iam Balaami diebus astrorum fatorumque cognitione clara neque ab artibus aliena Ios. 7,21: cf. Plin. VIII, 74. Quorum in terram nescio quo tempore successerunt populi Iaphetitici (certe vigente adhuc Assyrorum imperio prorex Babyloniorum Es. 39,1: Eus. chr. Arm. I, p. 42 nomen Iaphetiticum fert) imprimis ut videtur Halybes (i. e. Halyis accolae सलवसत्: nam Halys nihil nisi aqua) Hom. Il. II, 857 vel Chalybes sive Chaldaei Strab. XII, 3. 18. 19. 28, quos e provincia Sisacania lacum Lychniten undequaque cingente venisse et una cum Cyaxare Medo regno Assyriaco finem imposuisse credo. Cuius opinionis duo habeo argumenta, quod et Iudaeos in exilium abduci in ipsam Sisacaniam regionesque adiacentes videam (II Reg.

17,24 מֵירְחָ mihi praetermisso كورق Mesopotamiae oppido Içtakhr. p. 49, 11 Cotacene vel Կոտայք inter Araxen et montes Moschicos sita aut Κυταία πόλις Κολχικῆς sch. Ap. Rh. II, 399: cf. St. Martin mém. s. l'Arm. I, p. 267) et Sisacaniae nomen Mor. Chor. I, 12. II, 8 (anne Սիսակ i. q. ܐܪܝܟ lib. Adami III p. 76?) ad ipsam Babyloniam a Chaldaeis translatum inveniam (שֵׁשַׁךְ Ier. 25, 26: 51, 14). Babylonii Sisacanii Diod. II, 30 quod olim Iaphetitae plerique omnes fecisse videntur (nitor Rigvedae vocabulo पञ्चचर्षणि spec. Ros. p. 16 ubi numerus quinarius praefixus iam Rosenio ad vetustam aliquam populi in quinque partes distributionem respicere videbatur, quod vehementer probo [nihil enim agit Bohlenius ad Bhartrih. I, 64] causam rei in antiqua quinque planetarum veneratione invenisse visus: eodem fluxerunt quinque elementa Bhâg. P. I, 15. 41: Bhartr. III, 96: Man. I, 75. 92 et opinio corpus nostrum ex quinque elementis conflatum esse Bhâg. P. I, 6. 29: 13, 43) Sisacanii inquam quinque planetas venerabantur (Bhartr. II, 27: Cic. n. d. I, 13: G. Sync. p. 53: l. Adami III, p. 82 licet ib. p. 196 et Ephr. II, p. 458[b] de septem planetis sermo sit). Iupiter Venusque cum Saturno et Marte aeternum discordabant, medius erat Mercurius: secundum Varaha Mihira (v. Wishii διατριβὴν transact. lit. soc. Madr. 1827) Mars ignem, Saturnus ventum, Mercurius terram, Iupiter aetherem, Venus aquam gubernabat. Qnibuscum convenit fere quod Pluto aeris rex dicatur Plut. def. or. 23: sch. Ap. Rh. I, 1114: Bhâg. P. III, 6. 29: Ephes. 6, 12 itemque quod Saturnum etiam Astyagen vel Աժդահակ Mos. Chor. I, 29 (i. e. ܐܙܕܗܐܟ ܣܡܐ — ὄφις δάκνων vel ὀλέθριος اژدها Sadi p. 214[b] 15) et Arabice زحل (coll. Deut. 32, 24: Mich. 7, 17) audivisse inveniamus: serpens vero vento pascatur Bhartr. III, 98 (aliter Gen. 2, 14 ubi cf. خالك انگر دهان 'pudibundus' Hâfiz cod. Berol. 119, p. 9[a]) et Philoni I, p. 38. 79. 101. 317 quod ad Saturni Babylonici indolem egregie quadrat, voluptatis symbolum sit. Neque Venerem aquae dominam fuisse dubito, nam Salambo ut apud

Babylonios vocabatur Hesych. s. v. explicante iam E. Raskio τὴν ἐξ ὕδατος φυθεῖσαν significat, vocabulo ज्ञाला etiamnum in lexicis obvio: cf. Hyg. 197: Io. Lyd. ost. 24. Eadem Anaitis dicebatur i.e. अनासित non nigra (اسنا H. Q. I, p. 11) vel Ahitii daemonis Vend. S. lith p. 369, 11 i.e. Saturni inimica. Verum Mercurium pro certo habeo ad Euphratis ripas non terram sed coelum designasse ideoque Iovem illic terrae dominum fuisse, quia נְבוֹ Es. 46, 1 nihil est aliud quam zendica forma vocis नभस् (palice νεφέλη Spieg. an. Pal. p. 26, 18): quod regnum Mercurio mediatori illi solitarium inter partes dimicantes locum tenenti apprime convenit (de Idriso iam supra videramus). Atque hoc loco de Haruto et Maruto agere oportet angelis qui a deo in terram missi quum Venus pulcherrimae mulieris forma assumpta ad eos descendisset eius concupiscentia exarserunt. Illa inviolata unde venerat evolante angeli in fovea quadam Babylonica pedibus suspensi poenam delicti luunt omnesque quibus volupe artem magicam edocent, unde سحر بابل Sadi II, p. 213^a 8: 229^b 3: 244^a 10: 258^a 16: et horum ob timorem ὀφείλει ἡ γυνὴ ἐξουσίαν ἔχειν ἐπὶ τῆς κεφαλῆς διὰ τοὺς ἀγγέλους I Cor. 11, 10. Adi de hac fabula [Genes. 6, 1] Qor. 2, 96: Hâfiz l. c. p. 13^b: 5^b: 37^b: 72^b: 84^a: 93^a: 96^a: 113^a quam ex antiqua Babyloniorum mythologia in Muhammedanorum libros transiisse quam persuasissimum habeo vel ea re ductus quod angeli illi in Babylonia supplicium sufferre dicuntur. Nec abfuisse olim Iovem Veneris si Diodoro fides apud Babylonios socium ex Suidae loco efficere mihi videbar ab Hammero in Hafizio suo I, p. 26 allato sed a me frustra quaesito. Rectum odorari me fecerunt doctissimi A. Lobeckii literae ab Hammero ea indigitari me monentis quae de Cercopibus tradunt veteres: v. Aglaoph. III, 6. 1. Atque Harut et Marut quod ipsis nominibus clarum sunt Persarum Chordad et Amerdad, quae zendice (Bopp v. gr. 207**) universitatem et immortalitatem designant. Quos Saturno et Marti Diodori respondere nominibus illorum Nerëgal et Kevan II Reg. 17,

